

Sancti Hieronymi Stridoniensis Opervm, Tomi ...

In quo ipsi adscripta haec continentur: Commentarii in Iob. Commentarii in Prouerbia Salomonis. Homiliae quatuor Origenis in Canticum canticorum.

Commentarii in omnes Pauli Apostoli Epistolas. Quae omnia ad fidem vetustissimorum exemplariorum multis mendis sublatis correcta sunt ... Qui autem horum ...

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Coloniae Agrippinae, 1616

Commentarii In Epistolam Primam Ad Timothevm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75132](#)

- A **a** *enim omnium est fides.*] Non omnes credunt, ideo contradicunt.
b *Fidelis autem Deus est.*] Quia non relinquit, nisi relinquentes se.
c *Qui confirmabit vos, & custodiet a malo.*] In fide per doctrinam & gratiam.
d *Confidimus autem de vobis fratres in domino, &c.*] Reuelando quanta sint, quae amoris sui caula contumelias patientibus promisit.
e *Denuntiamus autem vobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi: ut subtrahatis vos ab omni fratre, ambulante inordinatè, &c.*] Quia in prima plenus comoniuimus: & emendare se noluerunt. Vel hoc modo, quod sancti se ab eis separant, erubescant. Huus planè loci auctoritate subtrahendum est ab omni Christiano, qui non secundum Apostoli incedit præcepta.
f *Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquietum inter vos, &c.*] Qui sumus forma credentium.
g *Sed vt nosmetipos formadaremus vobis ad imitandum nos.*] Ne cui occasionem auaritia, quæ fons est inquietudinis, præberemus.
h *Nam & cum essemus apud vos, &c.*] Quia præuidebamus aliquos tales esse futuros.
i *Quoniam si quis non vult operari.*] Aut sedent quieti, aut si veri sunt apostoli, non sequuntur: si non auaritia, sed Dei causa ambulare se dicunt.
- B **k** *Nec manducet.*] Hæc sit inquietudinis non solum pena, sed etiam emendatio.
l *Audiuius enim inter vos quosdam ambulare inquietè, nihil operantes.*] Reddit superioris lètentia causas, ad quos legitime debeat pertinere: scilicet ad inquietè ambulantes, non ad quietè sedentes.
m *Sed curiosè agentes.*] Inquietantes quid in unaquaque ciuitate vel prouincia geratur & domo.
n *His autem qui eiusmodi sunt, denuntiamus & obsecramus in domino Iesu Christo.*] Non ipsos post alteram correctionem definit commonere.
o *Vt cum silentio operantes, &c.*] Non cum inquietudine alienum.
p *Vos autem fratres nolite desercere benefacientes.*] Non omnibus, sed talibus dari prohibeo: ne putetis me boni operis confundim amputare.
q *Si quis non obedierit verbo nostro, per epistolam hanc notate, & non commisceamini cum illo.*] Si quis tertio voluerit emendari.
r *Vt confundatur.*] Non vt penitus abcidatur.
s *Et nolite quasi inimicum existimare, sed corripe ut fratrem.*] Corrigite, vt emendetur: & nolite abcidere, vt delpret. Ager curandus est, non necandus: ne in apostoliam inquietudo vertatur.
t *Ipse autem Deus pacis det vobis pacem sempiternam in omnilioco.*] Dominus sit cum omnibus vobis. Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola, ita scribo. Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis, Amen.
u *cam nec sibi, nec angelo crederetur.*
- Commentarij in secundam Epistolam ad Thessalonenses, finis.**
- COMMENTARII IN EPISTOLAM PRIMAM AD TIMOTHEVM.**
- CAPUT I.**
- D** *Aulus Apostolus Iesu Christi.]* Autoritas & nominis & officij prænominatur, propter eos quibus erat responsum.
- b** *Secundum imperium Dei Salvatoris nostri, &c.*] Non secundum meam præsumptionem: simul & patris & filii vnum imperium demonstratur.
- c** *Timotheo dilecto filio in fide.*] In fide filio, non in carne.
- d** *Gratia & misericordia, &c.*] Gratus misericordiam consecuti, reconciliati sumus Deo.
- e** *Sicut rogauit te vt remaneres Ephesi, cum irem in Macedoniam:* vt denuntiari quibusdam, ne aliter docerent, neque intenderent fabulis & genealogijs interminatis: quæ quæstiones præstant magis quam adificationem Dei, quæ est in fide. Finis autem præcepti est charitas de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta. A quibus quidam aberrantes conseruuntur in vaniloquium, &c.] Infinitæ stultitiae est, non intellectu, de magis non intellectu velle firmare.
- IN EPISTOLAM PRIMAM AD TIMOTHEVM.**
- CAPUT I.**
- D** *Aulus Apostolus Iesu Christi secundum imperium Dei Salvatoris nostri & Christi Iesu spei nostra, Timotheo dilecto filio in fide, gratia & misericordia, & Pax à Deo patre & Christo Iesu domino nostro.* Sicut rogauit te vt remaneres Ephesi, cum irem in Macedoniam: vt denuntiari quibusdam, ne aliter docerent, neque intenderent fabulis & genealogijs interminatis: quæ quæstiones præstant magis quam adificationem Dei, quæ est in fide. Finis autem præcepti est charitas de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta. A quibus quidam aberrantes conseruuntur in vaniloquium, &c.] Infinitæ stultitiae est, non intellectu, de magis non intellectu velle firmare.
- h** *Quas Deuteroseis appellant. Vnde in euangelio, docentes doctrinas hominum condemnantur.*
- g** *Et genealogijs interminatis.*] Generationibus antiquorum: in quibus libi summam scientiam vendicant, si omnes ab initio generationes enumerent.
- h** *Quæ questiones præstant magis quam adificationem Dei, quæ est in fide.*] Tam veteres contrariates, quæ generationum sollicitudines superfluebant.
- i** *Finis autem præcepti est charitas de corde puro.*] Charitas Dei & proximi, in qua tota lex pendet & propheta: hæc si de corde puro fit difficile delinquere poterimus.
- k** *Et conscientia bona.*] Vt conscientia tua testimonium perhibeat veritati.
- l** *Et fide non ficta.*] Fides enim ficta est quæ solo ore promittitur, & actu negatur.
- m** *A quibus quidam aberrantes conseruuntur in vaniloquium, &c.]* Infinitæ stultitiae est, non intellectu, de magis non intellectu velle firmare.
- a** *Scimus*

- a ¶ Scimus autem quia bona est lex.] Ut à Deo promulgata est, & mortalis, ac visibilis, & capax consortis, honorem & gloriam temporalem habere potest, non tamen sempiternam.
- b ¶ Si quis elegitime vitatur.] Si quis sciat quibus, quare, quam diu habenda sit data.
- c ¶ Scientes hoc quia lex iusto non est posita.] Ergo Christianis non opus est, qui sunt iustificati per Christum: qui didicunt etiam occasiones fugere delictorum: nam ut quid dicitur: Non occides, quibus irasci non permititur?
- d ¶ sed iniustis & non subditis: impis & peccatoribus, &c.] Illis omnibus data est: quos abiecit in criminibus nititur reuocare.
- e ¶ Et si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur, &c.] Sunt ergo doctrinæ non sanæ: contra quas etiæ data lex est, que contrarie sunt coelestibus institutis. Quid ergo ibi querunt, quod hic nō habent? simul & legem euangelij concordate demonstrat.
- f ¶ Glorie beati Dei.] Per quam glorificatur Deus.
- g ¶ Quod creditum est mihi.] Ne dicerent aduersarij: quis erat ille, cui euangelium credere: ait.
- h ¶ Gratias ago ei qui me confortauit in Christo Iesu domino nostro.] Cum ellen inutilis & infirmus.
- i ¶ Quia fidem me existimauit ponens in ministerio, &c.] Iustus in primordio accusator fui est: ut statim cum cœperit, aduersarius confundatur.
- k ¶ Sed misericordiam Dei consecutus sum: quia ignorans feci.] Leuius esse peccatum ignorantis demonstratur.
- l ¶ In incredulitate.] Quia non credens, intelligere nō valebat.
- m ¶ Superabundauit autem gratia domini nostri cum fide & dilectione, &c.] Vbi autem iniquitas abundauerat: statim ut crederi, amplius cœpi diligere Christum: qui mihi magna peccata dimisit.
- n ¶ Fidelis sermo & omni acceptione dignus.] Quem omnes credant, & omnium conscientia verum esse cognoscant.
- o ¶ Quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere.] Ergo & me saluauit inter careros peccatores: tunc enim meritò mihi præiudicaretur, si soli suos vocare venissem.
- p ¶ Quorum primus ego sum.] Hic sum, pro fui, ponitur: sicut Matthæus dicitur publicanus, cum iam Christus esset apostolus.
- q ¶ Sed ideo misericordiam consecutus sum.] Ut David ait: Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur. Si mihi viderint indulta peccata, tunc docebo neminem desperare debere.
- r ¶ Ut in me primò ostenderet Christus Iesus omnem patientiam.] Qui etiam persecutoribus conuersis non solum indulget, sed etiam confert apostolatus honorem.
- s ¶ Ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam eternam.] Ad exemplum, ut ne desperent.
- t ¶ Regi autem seculorum immortali, inuisibili, &c.] Qui mihi veniam tribuit non merenti. Rex enim parui temporis
- & mortalis, ac visibilis, & capax consortis, honorem & gloriam temporalem habere potest, non tamen sempiternam.
- u ¶ Hoc præceptum commendô tibi fili mi Timothee.] Hucusque de statu tuo, quo modo aduersarijs responderet: hinc dat auctoritatem ordinandi, docendi, quæque præcepta sunt commendata.
- x ¶ Secundum præcedentes in te prophetias.] Secundum quod etiam ante hoc officium habebas gratiam prophetandi.
- y ¶ Ut milites in illis bonam militiam.] Bona militia est, in qua contra diabolum & vitia militatur.
- z ¶ Habens fidem.] Pro armis fidem in Christo perfectam.
- a ¶ Et bonam conscientiam.] Implendo quod doces.
- b ¶ Quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt.] Malè viuendo, ipsam quoque fidem perdidierunt, quam habere videbantur: sive etiam iam vitia defidentes.
- c ¶ Ex quibus est Hymeneus & Alexander.] Qui amore vitiorum, ad haereticum transierunt.
- d ¶ Quos tradidit satana, ut discat non blasphemare.] In interitum carnis, ut ex presenti correptione discant futurum iudicium non negare: ad emendandum traditi, non ad perdendum.

C A P V T II.

O bsecro igitur primum omnium fieri obsecrations.] Obsecratio, impetratio est oratio.

f ¶ Orationes, postulationes, gratiarum actiones.] Pro eo quod nos dignos fecit: etiam pro his qui vos persequuntur & tribulant.

g ¶ Pro omnibus hominibus, &c.] Ut cognoscant Deum: sive ut subiecta habeant gentes. Illorum enim pace, tranquillitas nostra consistit: sed & si nobis Christianis sit persecutionis turbatio, omnis inquietudo cessabit.

h ¶ Ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate.] Ad hoc nos vult esse quietos, ut pietate & castitate, non dissensione atque luxuria, tranquillitas nostra proficiat.

i ¶ Hoc enim bonum est & acceptum, &c.] Ut quieti in sanctis operibus seruamus.

k ¶ Qui omnes homines vult saluos fieri.] Hic probatur nemini oportere ad credendum vim inferre, nec tollere arbitrij libertatem. Sed & illud hoc loco soliuur de induratione Pharaonis, & carceræ huiusmodi obiectionis quæstiones.

l ¶ Et ad agnitionem veritatis venire.] Si ipsi tamen vocanti Deo consentire voluerint.

m ¶ Vnus enim Deus, vnuus & mediator Dei & hominum.] Vnus enim Deus pater & filius & spiritus sanctus, id est, vna in tribus personis natura est Deitatis.

n ¶ Homo Christus Iesus.] Sicut vnuus Deus, ita vnuus mediator inter Deum & homines vniuersos: hoc est, nullus alius talis, nec Moyses, nec aliquis propheta: quia hic & homo erat & Deus. Sed quia de traditione erat dicturus, ideo hominem solummodo nominauit.

a ¶ Qui

A

a ¶ Quid dedit redēptionem semetipsum pro omnibus.] Ille se pro omnibus dedit, si omnes redimi vellent.
b ¶ Cuius testimonium temporibus suis confirmatum est.] In testimonium generi humano, sanctæ vitæ dedit exemplum: quia & prophetæ suis testimonium fuere temporibus, nouissime autem misit filium suum ad colonos.

c ¶ In quo positus sum ego predicator & apostolus.] In Christi testimonio, sive Christo.
d ¶ Veritatem dico, &c. Volo vos orare, &c.] Magister gentium dat legem orandi, ut auctoritate Salvatoris, neque in monte, neque in Hierosolymis aliquis orandi eligat locum, sed in spiritu: qui vbique nobiscum esse intelligitur. Sanè de hoc loco, & hac causa à Iudeis mota fuit quaestio, qui in templo solummodo in Hierosolymis orare cupiebant.

e ¶ Leuantes puras manus. &c.] A cæde, & sanguine, omniq; ope- re malo. Testimonium n. innocentia, est manuum eleutio. Non solum autem manus ab opere, sed etiam mentem ab ira & disceptationis cogitat, qui sibi dimitti petet, debet habere mundas. Nemo aliquid impetrare potest alia cogitando.

f ¶ Similiter & mulieres.] Omnia quæ dixi de viris.

g ¶ In habitu ornato.] Honesto & conuenienti nature.

h ¶ Cum vescundia & sobriete ornantes e.] Hæc sunt ornamenta feminæ Christianæ.

i ¶ Et non intortis crinibus.] Nō debent occasionem dare concupiscentie.

k ¶ Aut auro, aut margaritis.] Quæ terre sunt partes: cuius est homo dominus institutus.

l ¶ Vel veste pretiosa.] Quæ prænima subtilitate, nec frigus arceat, & de cuius pretio plurimi vestiri eiusdem naturæ homines potuissent.

m ¶ Sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona.] Ita ergo non sunt promittentium, sed negantium pietatem.

n ¶ Mulier in silentio discat cum omni subiectione.] Discat quidem, sed cum omni humilitate & charitate.

o ¶ Docere autem mulieri non permitto.] Publicè non permittit: nam filium aut fratrem debet docere priuatim.

p ¶ Neq; dominari in virum, sed esse in silentio.] Ne magisterium sibi usurpare superbiat, sed tecum in ecclesia.

q ¶ Adam enim primus formatus est, deinde Eua. Et Adam non est seductus.] Reddit cauam, quare eas velit esse subiectas: scilicet quia & posteriores infactura sunt, & priores in culpa.

r ¶ In præuaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationem.] In præuaricatione fuit mandati. Sed non ideo desperet mulier: quia per baptismum quod est filiorum generatio, ipsa saluabitur, non Eua, sed credens mulier: quia Eua ad exemplum adducta est creationis, non de ipsis salute propriè tractabatur. Cæterum quo modo iustitia iusti super ipsum erit: & quo modo Noe, Job & Daniel filios suos liberabunt, sic per filios Eua saluabitur.

s ¶ Si permanerint.] Sicut superiorius de plurali numero mulierum, ad singularem dicens, mulier in silentio discat: ita & hic rediit ad pluralem.

t ¶ In fide & dilectione.] Christi, & dilectione proximum.

u ¶ Et sanctificatione cum sobrietate.] Notandum quod sola fides ad salutem ei qui post baptiūnum superauierit, non sufficiat, nisi sanctitatem mentis & corporis habeat: quæ sine sobrietate difficile custoditur.

C A P V T III.

Fidelis sermo: si quis episcopatum desiderat.] Primum laicos instituit: de quibus optimi quique in sacerdotium eliguntur, & sic dicit quales debeant ordinari.

y ¶ Bonum opus desiderat.] Ad boni operis desiderium cum prouocat, non ad honorem.

z ¶ Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse.] Aut ecclie principis non erit: quam ideo Apostolus sine macula alibi definit.

a ¶ Viris viris.] Viris nec hoc licet, quod velati incedant, multo magis illa qua etiam laico prohibentur.

b ¶ Sobrium.] Et mente & corpore.

c ¶ Ornatum, &c.] His omnibus spiritualibus ornamenti.

d ¶ Hospitalem.] Ad humanitatis opus, cuncta plebs rectoris forma prouocetur.

e ¶ Doctorem.] Tam verbo, quam exemplo. Si enim omnium vota sciæ voluerit vel deberet, quo modo omnes valeant respondere: quanto magis sacerdos legem exquireret: quia angelus Dei omnipotens est.

f ¶ Non violentum.] Ut fiducialiter possit contipere ebris.

g ¶ Non percussum.] Siue ne sit petulans ad cædendum: siue ne malo exemplo conscientias feriat infirmorum.

h ¶ Sed modestum.] Quia omnia faciat cum mentira.

i ¶ Non litigiosum, &c.] Seruum Dei non oportet litigare.

Lites autem & iurgia maximè ex cupiditatibus oriuntur. k ¶ Si quis autem domini sue bene præesse nescit, quo modo ecclesia Dei diligentiam habebit?] Ipse in frequentibus exposuit, si filios in castitate & humilitate nutritur, hinc eius diligentia comprobatur: si enim filios suos erudire nesciuit, quo modo tantos Dei filios gubernavit, quorū mores secundum numerum sunt diuersi: vel qua fiducia, qui indisciplinatos habet filios, audebit exigere disciplinam?

l ¶ Non neophyta, &c.] Ne nuper renatus, cito possit per ignorantiam exaltari, & putet se non tam ministerium humilitatis, quam administrationem superbie mereatur, sicut diabolus qui perianctiam iudicatus atque dejectus est.

m ¶ Oportet autem & illum testimonium habere bonum ab his qui foris sunt.] Ut sine offensione Iudeis, infidelibus, atque Græcis, præfici ecclesia Dei. Omnes enim naturaliter noverunt culpare virtutem, & laudare virtutes.

n ¶ Ut non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli.] Ut non vituperetur ministerium nostrum, & per illum diabolus multos in laqueum teneat, qui poterant heri Christiani.

o ¶ Diacones similiter.] Irreprehensibiles, vt episcopi eligantur. Queritur cur de presbyteris nullam fecerit mentionem, sed eos in episcoporum nomine comprehendenter: quia secundus, imò penè unus est gradus, sicut ad Philippenses episcopis ac diaconis scribit, cù vna ciuitas plures episcopos habere non possit, & in Actibus apostolorum presbyteros ecclesia iterum Hierosolymas congregans ait. Inter cætera videte gemmam, in quo vos spiritus sanctus episcopos ordinavit.

a ¶ Pudi-

- a ¶ **Pudicos.**] Continentes scilicet.
 b ¶ **Non bilingues.**] Sufurro & bilinguis multos turbat, pacem habentes.
 c ¶ **Non multo vino deditos.**] Concessit necessitatiparum, qui voluntati amplius denegauit.
 d ¶ **Non turpe luxurum sectantes.**] Turpe luxurum est de ecclesiis mysteriis terrena sectari.
 e ¶ **Habentes mysterium fidei in conscientia pura.**] Mysterium est, quod passio Christi redemptio est salutis humanae. Si ergo intelligit purę, non confunditur de humilitate Christi. Siue si propter hoc solum predicat mysterium fidei, propter quod debet predicari, non ultra debitum mysterium quæstum esse existimet pietatem.
 f ¶ **Et hi autem probentur primum, & sic ministrent nullum crimen habentes.**] Non solum episcopi, sed & iustante ordinacionem probari debent.
 g ¶ **Mulieres similiter pudicas.**] Similiter eas vt diacones eligi iubet. Vnde intelligitur quod de his dicat, quas adhuc hodie in oriente diaconissas appellant.
 h ¶ **Non detrahentes.**] Quod illis ex vi præcipue dominantur.
 i ¶ **Sobrias, fideles in omnibus.**] In nullo dubitantes.
 k ¶ **Diacones sint vires vxoris viri, &c.**] Non vt si non habuerint, ducant, sed ne duas habent. Si enim dignorem facit viror, cur non magis & digamini & trigami ordinantur?
 l ¶ **Qui enim bene ministrarent.**] Ostendit non ministerium tantum, sed qualiter ministerij præmium promereri.
 m ¶ **Gradum bonum sibi acquirant.**] Bonum, hic pro gradu maiori posuit, sunt enim minorres.
 n ¶ **Et multam fiduciam, &c.**] Apud dominum petendi, & apud homines docendi, vel etiam arguendi.
 o ¶ **Hac tibi scribo, &c.**] Ut auctoritatem habeas pro me omnia ordinandi, huius epistola scientia confirmatus.
 p ¶ **Columna & firmamentum veritatis.**] In qua nunc sola veritas stat firmata, quæ ante in lege erat posta vel naturæ, quæ sola sustinet ædificium.
 q ¶ **Et manifestè magnum est pietatis sacramentum.**] Quod scire te cupio sacramentum incarnationis Christi, per quam generi humano pietas collata est.
 r ¶ **Quod manifestatum est in carne.**] Quod nunc in carne eius declaratum est.
 s ¶ **Eius significatum est in spiritu.**] Demonstratum est.
 t ¶ **Apparet angelus.**] Quando dicebant. Gloria in excelsis Deo, quando illi in errore ministabant.
 u ¶ **Predicatum est gentibus.**] In gentibus, omne genus hominum comprehendit.
 x ¶ **Creditum est in mundo, assumptum est in gloria.**] Videntibus apostolos, ascendit in cælum.
- C A P V T I V .**
- S**piritus autem manifeste dicit, &c.] Prophetalem inducit affectum, quod antiqui dicebant. Hæc dicit spiritus sanctus.
- z ¶ **Attendentes spiritibus erroris & doctrinis demoniorum.**] Omnis enim heretica doctrina, & demonum arte composita est.
 a ¶ **In hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam.**] In hypocrisi loquuntur, qui cum non contineant, tam calci volunt videiri, vt etiam nuptias damnent: tam abstinentes, vt creatura Dei parce videntes iudicent, cu ipi commutationibus vacent. Hie vero ita castitatem & abstinentiam prædicat, vt nec naturali, nec creaturas damnet. Ad il lud fortiores hortatur, istud concedit infirmis. Illi autem hoc non amore castitatis & abstinentiae, sed ad obumbrandum eius iustitiam faciebant, sanctiores videri volentes, quæ ille qui amore castitatis etiam nuptias concedebat, scilicet he fornicationis etiam incurserunt. Omnis enim qui nuptias damnet, non amator, sed iniucus est castitatis, dum & continentibus laudem tollit, incontinentibus sublatu nuptiarum remedio, fornicationis facit inire discrimen.
 b ¶ **Prohibentium nubere, abstinevere à cibis, quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione, &c.**] Si ad proprietatem sermonis attendas, monstruosa nescio quæ prædicatur, quantum nubere, quam abstinere prohibeat, dicentium hæc omnia quæ sequuntur.
 c ¶ **Hac preponens fratribus, &c.**] Libram in omnibus tenet & omnia rationabiliter, & moderate dispensans.
 d ¶ **Enutritus verbis fidei & bona doctrina quam affecitus es.**] Quia sacræ legis literis ab infantis eruditus fuerat. Verba proprie fidei, sunt traditio symboli. Bona vero doctrina, quæ vita instituit Christiana.
 e ¶ **Ineptas autem & aniles fabulas deuita.**] Fidei vel religioni non aptas.
 f ¶ **Exerce te ipsum ad pietatem.**] Pietas est etiam cum tua tribulatione alijs subuenire, sicut Sareptana vidua fecit.
- g ¶ Nam corporalis exercitatio ad modicum virilis est.**] Sanctarum balnearum, venationum, & huiusmodi, quæ ad breue tempus in carnali proficiunt sanitatem.
 h ¶ **Pietas autem ad omnia virilis est, &c.**] Et ad præsens temporis, & in futurum: nam & ipsa vidua & in præsentia casta est, & merces eius manet in ea.
 i ¶ **Fidelis sermo & omni acceptione dignus.**] Verus apud omnium conscientiam, & cui nemo refutat.
 k ¶ **In hoc enim laboramus, &c.**] Cum certum sit apud homines, nihil nos dignum odio perpetrasse. Quid aliud sequitur, quam quod propter vitam dissimilem blasphemamur?
 l ¶ **Qui est salvator omnium hominum, maximè fidelium.**] Omnia in præsenti: fidelium in futuro. Siue quia omnes de periculis liberat, & maximè fideles.
 m ¶ **Præcipe hat & doce.**] Præcipe ut fiant: doce quomodo fiant, vel quali premio remuneranda sint.
 n ¶ **Nemo adolescentiam tuam contemnat.**] Sic age vt admirationis priusquam contemptui habeatis. Hoc enim illi præcipit, quod in illius potestate constabat.

a ¶ Sed

g. Reg. 17.

- A**
- a ¶ Sed exemplū esto fidelium.] Parum est infideliū esse formam, apud quos qui grauiora crīmina non habet, magnus habetur. Hoc multum est, vt talem se exhibeat, per quem etiam sancti proficiant.
- b ¶ In verbo, in conuersatione.] Nihil aliud magis loquaris quā domini verbum. Notandum quia fidelibus etiam verbi præbere cupit exemplum.
- c ¶ In charitate.] Ut exemplum illis dilectionis ostendat.
- d ¶ In fide.] Catholica, vel perfecta.
- e ¶ In castitate.] Mentis & corporis, cuius insignia etiam gravitate habitus præferuntur.
- f ¶ Dum venio attende dilectioni, exhortationi, & doctrinae.] Fac, legē, exhortare vt fiant, doce, quo modo intelligentur obscura, vt possint fieri quae leguntur.
- g ¶ Noli negligere gratiam, qua est in te.] Negligit gratiam, qui acceptū talentum non exercet.
- h ¶ Quia data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyteri.] Prophetiae gratiam habebat cum ordinatione episcopatus.
- i ¶ Hac meditare.] Omnis enim profectus ex meditatione descendit.
- k ¶ In hū effo.] Non enim omnis qui in his est meditatur.
- l ¶ Vt profectus tuus manifestus sit omnibus.] Tunc manifestus erit, si in meditatione sis semper, & cum manifestus fueris, poterit exemplo tuo ad meliora proficere.
- m ¶ Attende enim tibi & doctrina: insta in illis. Hoc enim faciens, &c. Primum tibi, deinde doctrinæ, vt vbiique & actu salues illos doctrina pariter & exemplo.
- B**
- C A P V T V .
- S eniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem.] Ne indignè ferens, sc̄ à iuniore correptum exasperetur, & non proficiat: sed obsecra, vt suo quasi pater exemplo instituat iuniores.
- o ¶ Iuuenes vt fratres.] Quia hac via libertius commententur, similiter & sorores.
- p ¶ Anus vt matres.] Cum omni reuerentia.
- q ¶ Iuuenicas vt sorores in omni castitate.] Et mentis & corporis.
- r ¶ Viduas honora.] Necessaria præbendo, vel solatio confouendo.
- s ¶ Que verè viduæ sunt.] Illas veras viduas esse definiuit, quæ vniueritatis curis exute sunt, & ab omnibus desolatae.
- t ¶ Si qua autem vidua filios aut nepotes habet, discat primū domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentib⁹. Hoc enim acceptum est coram Deo.] Tam diu regat domum, quām diu docet filios patculos aut nepotes, vt quod à parentibus pietatis accepit, filiis reddat: ita tamen vt non hac excusatione, auaritia studeat, sed sufficientiam tantum sibi referuet, & ne liberi⁹ eius ipsa occasionem det saeculo seruendi.
- u ¶ Quae autem verè viduæ est & desolata, speret in Deum, & infest obsecrationibus & orationibus nocte ac die.] Qualis erat Anna filia Phanuel, tales præcipit honorari.
- x ¶ Nam que in delitijs est viuens, mortua est.] Quicquid modum naturæ excedit, delitijs deputatur. Hic maximè nostri temporis viduas tangit, quæ cum hominem suæ naturæ,
- qualicunque panno non vestiant, parietes prætiosis marmorū crucis exornant.
- y ¶ Et hoc præcipe, vt irreprehensibiles sint.] Notandum irreprehensibiles eas tam posse quām esse debere.
- z ¶ Si quis autem suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infidelis deterior.] Si quis viduas abiicit aut pupilos, vel maximè parentes & pauperes, deterior est infidelis: quia & illi habent naturaliter circa proximos pietatem. Siue si qua vidua filios orphanos negligat, huius sententia crimen incurrit. Simul notandum quodammodo fideles nomine, qui infidelibus conuersatione peiores sunt.
- a ¶ Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, que fuerit viuis viri vxor.] Tales voluit eligi diaconissas, quæ omnibus effient exemplum viuendi.
- b ¶ In operibus bonis.] Si ex tempore viduatis sua ista omnia custodiuit.
- c ¶ Testimonium habens.] Sicut Tabitha.
- d ¶ Si filios educauit.] Subaudiatur, Deo.
- e ¶ Si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit.] Si non solum humilitatis habet insignia, cui non sufficit hospitio luceipere, sed etiam manu propria lauare hospitium pedes.
- f ¶ Si tribulationem patientibus subministravit.] Hoc est, in carcere positis, vel agrotis.
- g ¶ Si omne opus bonum subsecuta est.] Breuiter vniuersa conclusit.
- h ¶ Adolescentiores autem viduas deuita.] Deuita alij ministerio diaconatus præponere, ne malum pro bono detur exemplum.
- i ¶ Cum enim luxuriante fuerint, in Christo nubere volunt.] Cum sub eo tempore religionis, abundantiam habuerint, quæ sapè soler generare luxuriam.
- k ¶ Habentes damnationem: quia primam fidem irritam fecerunt.] Quæ se viduas promiserant permanuras. Hæc regula non solum in viduis, sed in virginibus continentibus, quæ primam fidem irritam fecerunt, intelligenda est.
- l ¶ Simul autem & otiosè discut circumire domos.] Diuino minime timore detentæ, nec mariti potestate subiectæ, nullaque cura domestica occupationis affectrix.
- m ¶ Non solum otiosæ, sed & verbosæ & curiosæ loquentes quæ non oportet.] Dum voluntatis sua cupiunt præbere exemplum.
- n ¶ Volo autem iuniores nubere, filios procreare.] Volo quia necessaria est vt tales ante hoc faciant quām illud promittant, inde si transgressa fuerint, damnationem acquirunt.
- o ¶ Matres familiæ esse.] Matres familiæ dici possunt etiam quæ duos habent vel tres seruos: hoc dicit ne ex hoc nomine auaritia defendatur.
- p ¶ Nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia.] Si incontinentes sunt, vel ne per illas religio blasphemetur.
- q ¶ Iam enim quadam conuersa sunt retro post satanam.] Reddit cauas quare eas nubere velle prædixerit, ne eum putaremus optare: quia quadam promissum propositum Deo non redentes fuerant fornicatæ.

a ¶ Si

E a ¶ Si quis fidelis habet viduas, subministrer illis, vt non graueretur ecclœsa.] In domo propria vt parentibus.
b ¶ Vt his que verè vidua sunt, sufficiat.] Quæ sunt omnium auxilio desolatae.
c ¶ Qui benè præsunt presbyteri.] Qui implent officium suum.
d ¶ Duplici honore digni habeantur.] Et officij & doctrinae.
e ¶ Maximè qui laborant in verbo & doctrina.] Non dixit omnium qui habitent verbum, sed qui laborant in verbo. Ceterum omnes habentes præcipit ordinare.
f ¶ Dicit enim scriptura. Non infrenabis os boui tritauranti, & dignus est operarius mercede sua.] Vult illis praefare carnalia a quibus alij spiritualia consequuntur: quia occupati in doctrina, necessaria sibi prouide re non possunt.
g ¶ Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.] Injustum est etiam aduersus laicum accusationem recipere, cum hoc nec seculares faciant, quanto magis aduersus domini sacerdotem?
h ¶ Peccantes coram omnibus argue.] Si de illis fuerit comprobatum.

i ¶ Vt ceteri timorem habeant.] Videntes te nemini perperile. k ¶ Testor coram Deo & Christo Iesu & electis angelis eius, vt haec custodias sine præiudicio, nihil faciens in alteram partem declinando.] Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. Te ipsum castum custodi. Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino utere propter stomachatum, & frequentes tuas infirmitates. Quorundam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium: quorundam autem & subsequuntur. Similiter & facta bona manifesta sunt, & quæ aliter se habent, abscondi non possunt.

Rom. 14. 4.

m ¶ Manus cito nemini imposueris.] Nisi tales inuenieris qualem dixi. n ¶ Neq; communicaueris peccatis alienis.] Communicare eum dicit peccatis, qui non probatus fuerit ordinatus.

o ¶ Tempum castum custodi.] Non alios custodire præcipit, vt possit audenter arguere delinquentes.

p ¶ Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino utere propter stomachatum tuum, & frequentes tuas infirmitates.] Ne putaret etiam abstinencia se formam infirmis dare debere, maximè cum audierit à magistro dicente, omnibus bonum esse non bilbere vinum. Dat ergo ei consilium plus doctrinae causam quam abstinencia curer, & simul ostendit quas infirmitates creaturarum medicina possit sanare.

q ¶ Quorundam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium.] Detegti excommunicantur, siue plagi presentibus damnantur.

r ¶ Quorundam autem & subsequuntur.] In futuro iudicio, siue hic autem latere non possunt, non ergo debent facilè ordinari.

s ¶ Similiter & facta bona manifesta sunt, & quæ aliter se habent, abscondi non possunt.] Non enim potest abscondi ciuitas supra montem polita, sed etiam quæ ad tempus latent, non possunt diutius occultari.

C A P V T VI.

Q Vicunque sunt sub iugo serui dominos suos omni honore dignos arbitrentur.] Non solum bonos, sed etiam infideles.

u ¶ Ne nomen domini & doctrina blasphemetur.] Ne videantur per religionem, in deterius profecisse.

x ¶ Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt.] Ne sibi æqualem contemnant.

y ¶ Sed magis seruiant, quia fideles sunt & dilecti, quia beneficj participes sunt.] Si seruiebant infidelibus timore odio, quanto magis debent seruire fidelibus quorum charitatis participes esse meretur?

z ¶ Hoc doce & exhortare.] Docere ita debere fieri, exhortare præmium ostendere Deum.

a ¶ Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini Iesu Christi, & ei qua secundum pietatem est doctrina.] Noui testamenti, veteris enim secura doctrina est.

b ¶ Superbus est nihil sciens.] Superarios se extollens, cum non sit de sursum veniens, quam prædictas sapientiam.

c ¶ Sed languens circa questio nes.] Nec enim reculando penitus fidem, moritur, nec adversitas scientia conualevit, sed diuersis occasionibus languer.

d ¶ Et pugnas verborum.] Relicto sensu veritatis ambiguitates verborum obseruant, sicut Manichæi ex verbo diuersitate testamentorum.

e ¶ Ex quibus oriuntur inuidiae, contentiones, blasphemie.] Quæ generant lites ac blasphemias in Deum pugnando sermonibus.

f ¶ Suffisiones male.] Siue hæretici de altero suspicantur, siue audientes putant efficere veritatem.

g ¶ Conflictiones hominum mente corruptorum, & qui à veritate priuati sunt.] Ab integritate euangelij vel naturæ.

h ¶ Existimantium quæstum esse pietatem.] Qui putant quæstus sui caula, nouum veniente restauit.

i ¶ Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia.] Multum inquirit qui habet pietatem, cum sufficientia, non luxuria, sed naturæ est. Siue sicut pietas est cultura Dei, ita impietas est contemptus.

k ¶ Nihil enim intulimus in hunc mundum, &c.] Nudi natissimus, nudi etiam morituri. Quicquid sic inuenitur, hic relinquetur, non est nostrum, quod non semper nostrum est. Tanquam peregrini ergo sufficientivsu contenti sumus, illas diuitias acquiramus quas nobiscum ad cœlestem patriam ferre possimus.

l ¶ Habentes autem alimenta, &c.] Superiorus dixerat sufficientiam, quicquid his amplius est, diuinijs deputatur.

m ¶ Nam qui volunt diuitias fieri.] Voluntatem diuitiarum definit, quæ voluntas & habentibus est, & querentibus.

n ¶ Incidunt in tentationem & in laqueum diaboli.] Occasio tentationis est & laqueus diaboli, velle habere diuitias.

a ¶ Et de-

Matt. 5. d.

A

3 Reg. 21.

- a ¶ Et desideria multa & inutilia & nocua.] Nunquam ergo diuitiarum desideria satiantur.
- b ¶ Quae mergunt hominem in interitum & perditionem.] Dum ambitione bonorum rumentes, ad cœlos eleuati, vñque ad inferos demerguntur, siue desiderantes alienas opes, vt A-chab, vñque ad homicidij peruenientia factiones.
- c ¶ Radix enim omnium malorum est cupiditas.] Quia & fons est, & omnium etiunum augmentum. Radix excisos semper densius reparat ramos: euellenda est ergo radix, ne ramis superflue excedantur.
- d ¶ Quam quidam appetentes errauerunt à fide.] Hoc est, receperunt à fide promissorum Dei, dum præsentibus oblectantur.
- e ¶ Et inservierunt sc̄ doloribus multis.] Quād amplius habuerint, tātō plures solitudinem sustinent cruciatus vnde & dominus diuitiarum erūnas circa reliqua concupiscentia verba asseruit, suffocare.
- f ¶ Tu autem homo Dei.] Non diuitiarum homo, sed Dei: nec mammonæ seruus, sed Christi, cuius sunt omnia quæ videtur.
- g ¶ Hac fuge.] Quasi caulas peridiæ, vel dolorum.
- h ¶ Seclare verò iustitiam, pietatem, fidem.] In his te cupio diuitijs esse locupletem.
- i ¶ Charitatem.] Dei & proximi.
- k ¶ Patientiam & mansuetudinem.] Patientiam sustinendi, manuertudinem non nocendi.
- l ¶ Certa bonum certamen fidei.] Bonum certamen est, non pro rebus sæculi, sed vñque ad mortem pro fidei veritate certare, sicut scriptum est: In iustitia agonizate pro anima tua, & vñque ad mortem certa pro iustitia. Siue vñlli student in diuitijs omnia vincere, ita & tu in fide.
- m ¶ Apprehende.] Quo modo ego comprehendē.
- n ¶ Vitam eternam in quam vocatus.] Vt illigeret eum qui temporealem.
- o ¶ Et confessus es bonam confessionem.] In baptismo abrenunciando sæculo & pompis eius.
- p ¶ Coram multis testibus.] Sacerdotibus vel ministris virtutibusque cœlestibus.
- q ¶ Præcipio tibi coram Deo.] Præcepit auctoritate magistri.
- r ¶ Qui vivificat omnia.] Omnia quæ viuunt etiam si arefrant, per eius potentiam reuiviscunt.
- s ¶ In Christo Iesu qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem.] Dicens ad Pilatum. Ego ad hoc veni in hunc mundum, vt testimonium perhiberem veritati, scilicet pro ea etiam moriendo.
- t ¶ Vt serues mandatum.] Sicut ille vñque ad mortem.
- u ¶ Sine macula irreprehensibile.] Maculat quodammodo & reprehendi facit mandata, qui peccat.
- x ¶ Vñque in aduentum domini nostri Iesu Christi.] Qui perseueraverit vñque in finem, hic saluus erit.
- y ¶ Quem suis temporibus offendit beatus & solus potens, rex regum, & dominus dominantium.] Quando voluerit qui hoc solum potest Deus.
- z ¶ Qui solus habet immortalitatem.] Ille solus proprie habet, qui angelis & hominibus dedit habere. Nos autem nec soli nec nobis habemus vt ille. Hoc contra Manichæos qui mali naturam putant immortalem atque perpetuam.
- a ¶ Eclucem habitat inaccessibilem.] Omni creaturæ. Nemo enim nouit patrem nisi filius, neque filium nisi pater, & spiritus sanctus: vtrumque etiam scrutatur profunda Dei.
- b ¶ Quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest, cui est honor & imperium sempiternum.] Nemo nouit, sed unusquisque pro merito intelligit. Nam & solem tanto amplius vident singuli: quanto purius fuerit acies oculorum.
- c ¶ Diuitibus huius sæculi precepe.] Sunt & alterius facili diuites, qui emunt fibi aurum ignitum à Deo, & qui habent aurum in cœlo, nec non qui preferunt noua & vetera.
- d ¶ Non sublime sapere.] In primis principalem coram tetigit mortuum. Difficile diuitem inuenies non superbum, qui pauperes vel patentes agnoscit, & qui non grauerit ferat minimè fibi ab inferiori honorem defteri.
- e ¶ Neq; sperare.] Non sperando vilescent, & cum spernunt, ergo nunt.
- f ¶ In incerto diuitiarum.] De quibus incertum est vtrum illæ tibi, an tu illis celerius subtraharis, multis. n. cum vita sublatæ sunt. Alij proprijs eas auferri oculis viderunt: nonnulli etiam inuiti extraneis reliquerunt.
- g ¶ Sed in Deo viuo.] Cuius sunt omnia.
- h ¶ Qui præstat nobis omnia abunde.] Quideo abunde præstat vt viuamus, etiam alijs largientes, non vt grandi labore destruentes, maiora horrea facimus.
- i ¶ Ad fruendum.] Non ad occultandum vel negotian-dum.
- k ¶ Benè agere, diuite fieri in operibus bonis.] Non in auro & argento.
- l ¶ Facile tribuere, communicare.] Qui facile tribuit, cito diues esse cessabit. Tribuere donare est: communicare verò multum dare.
- m ¶ Thesaurizare fibi fundamentum bonum in futurum.] Vade veni omnia que habes & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni sequere me: quod perfectionis est fundamen-tum.
- n ¶ Apprehende veram vitam.] Hæc enim non est vera vita, quæ in fuso non permanet statu. Vanitas enim sub sole dicit Ecclesiastes.
- o ¶ O Timothee depositum custodi.] Commendatum à nobis seruandum tibi fidei depositum custodi.
- p ¶ Deutans prophanas vocum nouitates.] Quod à me non audiisti, nec ab angelo si dicatur, libenter admittas.
- q ¶ Et oppositiones falsi nominis scientie, quam quidam promitten tes, circa fidem excederunt.] Artis dialecticæ, per quas libi infinitam rerum scientiam hæretici promittunt, & ideo à fidei vereitate cadunt.
- r ¶ Gratia tecum.] Permaneat in æternum.

Commentariorum in primam Epistolam ad Timotheum, finis.

COM-

C

Matt. 11. d.

D

Eccles. 1.

Luc. 19. d.